

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

VII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

## VII.

S. D. Reverende & clarissime vir, frater charissime.

EXimium & gratissimum mihi beneficium tribuisti, quod nomen Conjugis Jacobi illius Marchionis exquirere, & me periculo mittendi ad Pistorium literas, liberare voluisti. Summas igitur tibi gratias ex animo ago, & vicissim tibi ac tuis, officia mea prompta & expedita defero. Georgio Norfchio etiam, verbis meis officiosè salurato, pagellas adjunctas reddi velim. Ad Jobinum typographum literas Francofordiam misi. Quibus cum nihil hæctenus receperim, ut per hunc tabelarium respondeat, amice monebis. Carmina ex D. D. Reusneri Iconum libro descripta remitto. Effigiem verò meam Chronico meo præmitti omninò nolim. Idèdèq; ad Jobinum scripsi, ut meo sumptu primam paginam recuderet, & priores Titulos omnes ad me mitteret. De Marchionis Jacobi morte rumor apud nos literis Heidelbergâ & Spira scriptis, sparsus & confirmatus est. Pistorii librum contra Osiandrum non vidi. Canonici vestri, violentâ manu grassantes, ut *1600* ille *uigor*, *ἀντιπαύσιον* *ἔργον* brevi fortè sibi attrahent, quo utinam non plures implicentur. Eberzium tuum, si ad me venerit, complectar eâ fide & officii, quæ proficisci à mea tenuitate possunt. De Lutetiâ deditâ nihil adhuc Colonia & Antverpiâ certum nunciatur. In Carminibus ex D. D. Reusneri Iconum libro descriptis, pro primo

( Tot meritis clarus, sanctiūq; laboribus annon

Charus sim populis, charus & ipse DEO )

operam aliud substitui modestius & verecundius; quod non tantam arrogantiam, & ambitionis speciem haberet, in hanc vel similem sententiam:

Cum Davide DEUM celebrem: teneraq; juvenia

Doctrinâ profim: carus & ipse DEO.

Significa quæso, quis correctioni in officina Jobini præsit, & quando alteram partem Iconum orsurus sit. Tu benè & feliciter vale. Rostochi, Die Francisci, 1590.

David Chytræus.



## II X.

Gratiam & pacem à Deopatre & Domino nostro Jესu

Christo Reverende & doctissime Domine Doctor, Compater & frater in Christo,  
summo mihi & honore & amore colende.

Quas per Vitensem civem 14. Octobris ad te direxi, jam pridem te accepisse confido. Biduo post, qui fuit nostri Calendarii 16. venit ad me

Xxxx 1

Col-